

## Processus sathane

Spurcissimi Sathane litigationis infernalisq; nequicie procuratoris  
contra genus humanū Coram domino nostro Jesu christo agitate  
Beata virgine Maria eius matre pro nobis aduocata comparente li  
ber feliciter incipit.

¶ Ostis fratres charissimi qliter Sathanas subintrans  
viscera Jude procurauit q; ipse Judas magistrū suū pphete  
tā qui filiū dei se faciebat morti tradi faceret. Nostis etiā  
qliter genus hūanū ab exordio mūdi fuit damnatum per  
in obedientiam Eue et postea fuit saluatum per Mariā  
Nam mulier damnauit sc; Eua et mulier saluauit sc; virgo Maria.  
Cogitauit itaq; nequitia infernalis intra se conuocata et astucia dia  
bolice fraudis quomodo et qualiter posset redigere genus humanum  
in suam pristinam seruitutem et intuens nullam nationem seu naturā  
fraudentiore existere muliere suggestit vrori Pilati suggerere pyla  
to vt impediret mortem illius pphete. ¶ Vnde legitur in passione il  
lam dixisse pylato. Quid tibi et iusto illi. mur. a em̄ passa suz. videbāt  
Jesum infinita miracula facientem. dicebant hic est em̄ filius dei. cum  
autem esuriebant contrarium dicebant. vnde quandoq; dicebant nō  
expedit vt iste moriatur. cum enim dicebant pphete q; oportet vnum  
mori. p populo qui descendit ad inferos et porte inferni aduersus eum  
non preualebunt. et extrahet captiuos quare non expedit ipm̄ mori. q;  
solatum est miseris socios habere penarū. vnde in hoc dubio existēs py  
latus dixit. Quod scripsi scripsi. et ita Jesus christus fuit crucifixus  
mortuus et sepultus. Denum cogitauit uequitia infernalis lōgo ma  
litoso et ponderoso consilio q; procuratorem mitteret ad presentiam  
Ihesu christi bene instructum ad petendum q; genus humanum in  
eorum pristinam redigeret seruitutem. Nec miremini si dicimus q; ad  
presenciam superos potest accedere. quia loquimur more humano  
aut quia sicut scitis vbicunq; sit demon principaliter potēcialiter cru  
ciatur. quia eius pena. eius ossibus sicut lepra lebroso ē infra. vel tine  
a tineoso. aut sicut rusticus vel iumentū non releuatur pena portando  
pondus ferreū in aula regia. sic demō vbicunq; a sua pena nō releuatur